



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-802044-p0001-5

DFG



11517.

No: 040.

1770, 13.

DISSERTATIO PRIOR

AD SAXON. DECISION. XI.  
DE ANNO 1746.

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO BAVERO

INSTITUTT. ANTECESS. P. O. RELL.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XV. SEPTBR. A. C. CICICCLXX.

P V B L I C E T V E B I T V R

G E O R G I V S R A E M I S C H

WVISCHKA - LVSAT.

---

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA



REVERENDISSIMO DOMINO  
DOMINO  
IACOBO IOHANNI IOSEPHO  
VUOSKY DE BAERENSTAMM  
DEI ET SEDIS APOSTOLICAE GRATIA  
EPISCOPO PERGAMENSI

S. S. THEOLOGIAE ET CANONVM DOCTORI  
PROTONOTARIO APOSTOLICO IVRATO  
INGENVI PRAESVLATVS MISENENSIS ADMINISTRATORI  
ECCLESIASTICO PER VTRAMQVE LVSATIAM  
IBIDEMQVE ORDINARIO REVERENDI CAPITVLI  
S. PETRI BVDISSIONENSIS ELECTO PRAELATO ET  
DECANO INFVLATO LAVBANI PRAEPOSITO  
ET MONASTERII VIRGINVM AD EANDEM  
VRBEM VISITATORI PÆPETV

DOMINO MEO INDVLGENTISSIMO

REVERENDISSIMO DOMINO  
DOMINO  
IVESCO IOHANNI IOSEPHO  
ANOSKY DE BAFERNSTADT  
DEI ET SANCTIS VHOSTICAE GRATIA  
EPISCOPO PERGMENTI  
THEOLOGIAE ET CANONICA DOCTORI  
BROTTONOTARIO APOSTOLICO VARATO  
INCENSARIUS ATLAS MISERICORDIA ADMINISTRATORI  
PCEPTEURISTICO PER ORGANARIO REUTENBPI CATHOLIC  
PROVINCIAM AD SINTINENSE HERETO TRIBUS  
DUCANDO INUITATO FABIANI TRIBUS  
ET MONASTERY ALIONUM AD EANDEM  
ARSEN ARISTOTELI ET PATERA

MO LUDVICO NITRICO

REVERENDISSIME DOMINE

**N**e mirere, me paucellas basce paginas **TIBI**  
addixisse et nomine **TVO** ornasse. Recor-  
dor, nec vñquam ex memoria dimittam, quae ex **TVA**  
gratia, benevolentia, ac facilitate, quae quidem omni-  
bus ac singulis patent, cognitaeque satis sunt, ante hoc  
biennium in me redundauere, quae bene expertus, non  
potui, quin hodie publice profiterer, et gratissimam  
mentem deuotumque animum testarer. Accipias ergo,  
tanquam animi **TIBI** obstrictissimi, et obsequii mei pa-  
ratissimi tessera, bas studiorum meorum primitias,  
leues quidem, ac tenues, serena, qua soles, fronte. Quod  
si

*si a TE impetravero, confidere licebit, fore, ut in po-  
sterum grauissimo TVO patrocinio, Maecenas optime,  
me non omnino indignum iudices. Quod solum a me  
fieri potest, Deum optimum maximum continuis im-  
plorabo precibus, velit TIBI integras animi et corpo-  
ris vires ad Nestoreos usque annos largiri, quo va-  
leas muneri, quod ornas, splendidissimo diutissime praec-  
esse. O me felicem, si TE, ecclesiae TVAE, meum-  
que grande praesidium, et dulce decus, quamdiu viuam,  
frui possim*

*NOMINI TVO*

*addidus cliens*

*GEORGIVS RÆMISCH.*



DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> PRIOR  
DE LEGATIS ABSQ<sup>VE</sup> TESTIV<sup>M</sup>  
SOLENNITATE RELICTIS.

AD DECISION. XI. D. A. 1746.

§. I.



Quamvis ius Romanum sterile littus soli hospiti,  
solis iis, qui eius ne atria quidem incesserunt, vi-  
deri possit, quam frequens et immensum no-  
stra aetas producat eiusmodi profanum vul-  
gus, quod magis menstruo, quin quotidie re-  
cens prodeunte ingenii abortu, quam solidae artis seria tracta-  
tione delectatur; quamvis, occidente horum omnium vna  
voce, singuli, qui eius penetralia introspexere, tam sapien-  
ter esse constitutum, facile largiantur, vt diligentius eius lectio-  
ne in iudicando vis non tantum exerceatur, sed incremen-  
tum etiam insigne capiat; quamvis denique tam innumera le-  
gum copia tam amica cognatione contineatur, vt toti sci-  
entiae artis appellationem suo iure eius conditores adscrip-  
rint;

A 2

*Introitus*

rint; Ut verbo dicam, quamvis eius praestantiam omnium re-  
rum publicarum, quae legibus vivere amant, consensus lo-  
quatur, obueniunt varia, quae, uno iuris articulo compre-  
hensa, tantopere differunt, ut, cui principio magis insistere,  
vnde demum conciliandi modum petere debeamus, incerti-  
simus.

## §. II.

*Iusnostrumua-  
ria praecepta  
continet inter  
se discrepan-  
tia.*

Loquor de iure antiquo. Etenim si quid postea ali-  
ter cautum, inde non pugna legum, sed iuris mutatio con-  
sequitur. Antiqui igitur iuris ne existimes singula capita-  
tam amice conspirare, ut plane nulla principiorum et regu-  
larum iuris adsit dissensio. Quem non offendit, populum,  
qui testantium voluntates sibi sanctas, et instar legis inui-  
labilis, esse profitetur, qui nulli ciuiti nego<sup>t</sup>io magis, quam  
testamentis fauet, hunc ipsum populum tot, tamque saepius  
molestis, et vix adhibendis, solennitatibus testatores vexasse.  
Non virgo septenarium testium numerum, et si duo testes,  
in ceteris causis omnibus, probandae rei veritati suppette-  
re censeantur. Scimus enim nullam probationem, quam,  
quae testibus perficitur, magis periculosa esse, homines-  
que sibi facilius ignoscere in antevertendo alterius dominio,  
quam, quod quae situm sit, auferendo. Sed cur feminae  
omnino repelluntur. Agnoscit ius Romanum voluntatem  
hominis ad mortem usque ambulatoriam, et, hoc nihil im-  
pediente, hominem, in pestis alias contagiosi morbi, nau-  
fragii periculo constitutum, aut mori intestatum, vel in te-  
stamento prius condito adquiescere, aut septem aliis, quem  
sibi heredem fieri velit, nunciare oportet. Id enim a me  
impetrare non possum, ut GEORG. AD. STRUVIO sub-  
scribam, qui in *Jurisprudent. Rom. Lib. II. T. XVI. aph. XII.*  
testamentum naufragi coram duobus testibus conditum sub-  
sistere



sistere sine legum auctoritate dicit. Alia exempla, ne nimis late vagetur mea disputatio, quamvis non desint, mittam, ipsamque rem propositam aggrediar.

### §. III.

Hinc non miramur, Iustinianum aequitatis studiosissimum, ab illa iuris antiqui subtilitate, quam, ipse, eius custos et restaurator, nimiam dicere non dubitat in *l. fin. C. de Fideicommissis*. passim quodammodo recessisse. Cuius rei exemplum in primis idoneum continet *l. vlt. C. d. Testam.* quae *Mentio fit l. testamentum ruri degentium*, si septem haberi non possint, *fin. C. d. Testam.* eaque *tiqui subtilitatem passim explicatur.* praesentibus quinque testibus conditum valere constituit. Ad quod pruilegium rusticani tributum, quia eorum simplicitate et litterarum imperitia se permotum Iustinianus profitetur, nullo iure prouocare reor, qui, iter facientes, ruri morbo oppressi testamentum condere cupiunt.

### §. IV.

Citata, quae ad nos hoc loco pertinet; *l. fin. C. d. Fideicommissis*. hereditatt. non in abrogando iure antiquo, augendo potius et supplendo versantur. Quippe postquam fideicommissis, quae primis temporibus a libero fiduciarii arbitrio peperderant, iuris vinculum ab Augusto Imperatore additum fuerat, poterant ea quidem vel ex testamento per heredem, vel ab intestato, ex codicillo videlicet per legitimum successorem relinqu*l. fin. 2. ac 10. I. d. Fideicommissis*. hereditatt. Ut tantum, quoniam ex imperfecto testamento nihil debetur, quamvis vniuersale aequa minus, ac particulae, fideicommissum ultra quinque testium numerum postulet, testamento quod continetur, si coram septem testibus



conditum haud fuerit, simul cum directa institutione corruiat, nisi ex codicillaris clausulae beneficio sustineri possit,  
l. vlt. C. d. Codic.

## §. V.

*De differentia inter fideicommissaria et legata vindicationis.* Hoc insuper notando, non tantum mediante herede, sed fideicommissario etiam, quin legatario fideicommitti posse, quamvis a legatario legari non possit. *pr. et §. 1. I. d. sing. reb. per fideicommissum relitt.* Quae differentia ex verborum conceptione, qua legatum et fideicommissum effertur, descendit. Hoc videlicet dum ponit, accipientem a testatore rogari, ut alteri det, ex quacunque mortis causa acceptione descendere potest. Illud, quoniam a testatore immediate prouenit, si duobus legetur, non ab uno in alterum transit, sed inter utrumque diuidendum est. Modo legata per vindicationem, vel praceptionem relicta supponas, et ad has species verba Iustiniani cit. l. *quamvis a legatario legari non possit*, restrigas. Per damnationem vero, vel finendi modo, quis dubitauerit, quin a legatario possit legari, dum quemque mortis causa successorem gravari pro eo posse, quod commodi nanciscatur, est iuris certissimi. Ex quo simul cognoscimus, hanc differentiam inter legata vindicationis et fideicommissa, quoniam ex utriusque essentia promanat, propterea, quod legata et fideicomissa exaequata sunt, non desisse.

## §. VI.

*Fideicommissorum ratio ex iure antiquo.* Antiquo igitur Romanorum iure, modo testamenta, et codicillos, Principis iudicis auctoritate munitos, exceptis, non, nisi ex quinque testium praesentia, sortiri iuris effectum poterat fideicommissum *l. fin. C. d. Codic.* In qua pristini iuris constitutione Iustinianus, si negotium solenne ex testimonibus probari debet, adquiescit, ysus hac ratione in cit.  
*l. fin.*

*I. fin. C. d. fideic. quia lex, ne quid falsitatis incurrat per duos forte testes compositum testamentum, maiorem numerum testium expoſtulat: ut per ampliores homines perfidissima veritas reueletur. Hoc insuper addit, ut, si testator heredis, legatarii, fideicommissariiue fidem, coram nullis, vel quinque paucioribus testibus, elegerit, id est, ipsi heredi, legatario, vel fideicommissario praestationem fideicommissi mandauerit, is, cui fieri debeat restitutio, potestatem habeat, rei veritatem, delato heredi aliue onerato iureiurando, probare. Quae lex eti primo intuitu aequa aperta videri potest, prout fusa satis, atque verbosa est, non statim omnia, quae curate meditanti et vindique circumspicienti dubia nascuntur, soluit.*

§. VII.

*Id quidem lex nostra et cit. §. fin. I. d. Fideicommiss. he-  
reditatt. docent, nullam esse hoc loco inter vniuersale  
et speciale fideicommissum differentiam, ut potius vtrum-  
que, aut soluere grauatus, aut, praefito a petitore iure-  
iurando calumniae, iurare debeat. Aequa minus difficul-  
tatis habere potest quaefatio, quam quis forte somniauerit,  
de fideicommissio quod Imperator constituit, an, simul de  
legatis intellexisse, sit verisimile. Quippe licet ius antiquum  
non solum legata immediate, id est, per vindicationem a testa-  
tore relicta, sed etiam, quae heres praestare iussus fuerat, su-  
stinuerit, iisque solis, quae restituere testator heredem roga-  
uerat, iuris auctoritatem negauerit, ut adeo tum temporis  
differentiam inter legata, et fideicomissa, non directa et indi-  
recta, sed imperativa, et precativa verborum conceptio fecerit:  
Licet praeterea nouae, quae a pristini iuris ratione recedunt, le-  
ges sui restrictionem postulent: sufficit, Iustinianum non solum,  
vi quadam ipsi naturae rei illata, ex legato, per damnationem,  
et sinendi modo, relicto rei vindicatoriam, et hypothecariam  
de-*

*Lex fin. C. d.  
Fideicom-  
miss. non disinguis-  
tive inter fidei-  
commissa et le-  
gata.*

## VIII

descendere actionem voluisse, sed et praeterea discrimen  
inter legata et fideicommissa omnino sūstulisse, §. 2. et 3.  
I. d. Legat.

## §. VIII,

*Idem argu-* Praeterea patet, nostrae constitutionis rationem in eo  
*mentum.* positam esse, ut plenissimum obsequium heres testatori  
praestet, qui fidem ipsi plenissimam habuerit. Quae non  
minus in legata ac fideicommissa cadit. Et quis tandem, ex-  
plosa omnino inter haec duo differentia, dictiōnēm fideicom-  
missorum, quae volendo et mandando, non tantum rogā-  
do, concipi patiuntur, §. 3. I. d. sing. reb. per fideicom-  
missum. ad legata non pertinere, crediderit. Et quidem non  
magis ad legata damnationis, quam vindicationis. Testator  
enim, qui cum herede Tito solus, vel etiam, si unus et alter  
ad sit, sermone ad eum directo, his vitetur; mi Titi, Caio,  
amico nostro, do lego mille; re ipsa, et si non verbis, ut, se  
mortuo, Caio mille soluantur, mandat.

## §. IX.

*Probatur so-* Verum ponamus, scire Titum, quid Caio legatum,  
*lam scientiam* seu verbis fideicommissum includentibus relictum sit, nec  
*heredis non* sufficere qua- scire ex testatore, sed aliunde habere eius rei notitiam,  
*sufficere qua-* mortuo fideicommittente, fideicommissum peti. Actorem, nul-  
*lemanque.* la in libello mentione solennitatum facta, quae exhibitae  
fuerint, fideicommissum simpliciter affirmare, ad here-  
dis scientiam prouocare, eiusque probandae causa iusiu-  
randum deferre. An huic nostrae leges opitulantur? Quod  
ego quidem haud dubius nego. Quia non quaevis scientia  
heredis sufficit. Legitima esse debet. Et legitima sola ea  
est, quae ex testatore, ex mentione, quam hic de ea re apud  
heredem fecit, descendit.

## §. X.

## §. X.

Nec dici potest, nos ea scire, id est, de veritate earum rerum conuictos esse, quae nobis nunciata sunt. Vt nouimus, certa requisita esse fidei historicae, et philosophicae, sola ex ordinatione legis suscepta probatio ICto fidem facere potest. Hinc dici non potest, heredem, vel alius generis mortis causa successorem, cui ab uno ex testibus adhibitis nunciatum est, testatorem tertio cuidam aliquid legasse, vel per fidicommissum, quod ipse praestare dabeat, reliquise, id vere, et ita quidem scire, vt de eius rei veritate non amplius dubitare iure suo possit. Vt potius, quemadmodum iudicem eiusmodi rumor de veritate rei conuincere non potest, eodem iure heres legitimam eius probationem expectare valeat.

## §. XI.

Nec magis obligatus erit, et si se credere fateatur, fideicommissum adesse, quod iure non subsistat. Scilicet lex nostra duos casus secernit. Aut absente herede, testibus adhibitis, aut coram herede, uno alteroue, vel etiam nullo teste praesente, testator legauit, fideicommissit. Si prius, in solennitate iuris antiqui, quam circa testes desiderat, adquiescit. Nec aliud, iudico, statuendum esse de legato, extraneae personae non priuilegiatae in testamento paterno relicto. Vt potius, quia priuilegia ultra priuilegiatos extendi non debent, ac testamentum subsistit, licet legatum, quod eo continetur, corruat, certum habeam, eiusmodi legatum, nisi quinque testes secundum normam legibus definitam adfuerint, nullum esse. Sin posterius, tum demum, missa quacunque alia solennitate, notitiam heredis sufficere statuit. Ex quo luculenter pater,

*Qualis scientia  
esse debet,  
demonstratur.*

*Alia scientia,  
est vera, ni-  
bil efficit.*

a fideicommissario, qui, dum, quod sibi relictum est, petit, totam rem heredis conscientiae committere satagit, id sedulo obseruandum esse; ut formam, qua interueniente negotium peractum sit, narret, et super narrationis veritate iusurandum deferat, quo possit iudex super valore actus, et, anima comparatus sit, vt iurisiurandi delatio pateat, iudicare, ac, utroque inuento, iurandi necessitatem reo imponere.

*Super legato, quod est a testamento solemni continetur, iusurandum defiri posse, affirmatur.*

Si fideicommissum legatumque coram quinque testibus est conditum, et ex hac iuris solennitate sustineri debet, non abs re erit quererere, per hos ipsos testes probare oporteat, an litis abbreviandae causa, in hoc etiam exemplo, reo iusurandum deferre liceat. Quamvis enim regulariter sit in actoris arbitrio, in eventum negatae petitionis, probare suum ius, an, missis hisce ambagibns, per modum necessariae transactionis totam rem conscientiae aduersarii committere malit; tamen in hoc nostro exemplo verba legis, *lex maiorem numerum testium expostulat, ut per ampliores homines perfectissima veritas reueletur, resistere, et probationem per hos ipsos testes, qui negotio adfuerint, ad ipsius rei formam exigere videntur.* Quod argumentum tantam speciem habet, vt, quin ei accesserim, parum absuerit. Quoniam vero is, cui desertur iusurandum, suscepta per probationem conscientiae defensione, ab obligatione iurandi se liberare, adeoque iurata ipsorum testium dictione, quos nominasse, quo de habilitate constare iudici possit, auctorem oportebat, legatum adesse nullum, vel ex normaleibus praescripta non esse conditum, docere valet, idoneam amplius rationem non video, ob quam a iuris regula recedere debeamus.



beamus. Praesertim, quod nouimus, inter ipsam actus solennitatem, et eius probationem, interesse, et negotii, quod ex testium numero legitimum fieri debet, eius inquam valori nihil decrescere, si vno alterove ex testibus ante suscep tam probationem defuncto, omnia ex legis norma peracta esse, pauciorum religio euincat.

§. XIII.

Tandem quaerere iuuat; litteris testator ad heredem *De legatis fidei dimissis* eius si quid commiserit, fideicommissum dei heredis priuatum per litteras commissis. subsit, et per iuriurandum fiduciarii probari queat. Posterior quaestio minus dubia, si verum intelligo, a prioris endatione omnia pender. Haec ut affirmem, non solum ratio legis Iustinianae, sed etiam verba videntur postulare. Ratio, consentiunt omnes, in favore testatoris nititur. Et lex diserte petitionem legitimam dicit, quoties testator legando vel fideicommittendo fiduciarii religionem et fidem elegit, quod procul dubio litteris aequae, ac verbis significare valet. Neque contrariam opinionem commendant verba in l. fin. adiecta; *nullis testibus, nullisque aliis aduentitiis probationibus requisitis.* Ista videlicet litteras, quibus legandi animum fideicommittens declaravit, quum ponamus, ad fiduciarium directas, singi non potest, probationis ergo conscripsisse, praesertim, quod nouerat, legitimam probationem eas non efficere. Vnde etiam, quod ad alteram attinet quaestionem, eiusmodi scriptura probationem per iuriurandum fiduciarii nequaquam excludit, sed, quod intuitu scripturae in lege nostra obuenit, de scripto testamento, vel codicillo, absente herede, adhibitis legum solennitatibus, condito intelligendum est. Ac prouti testes, si fideicom-



missarius, his adstantibus, heredis fidem elegit, rem non  
mutant, *cit. Sphus fin. I. d.* Fideit. hered. cur litterae mu-  
tare debeant, non intelligo. Verbo. Mihi sufficit, legem  
totam rem in fiducia, quam testator in herede collocavit,  
posuisse. Atque adeo non video, cur sine lege, quantum-  
uis noua, inter media, quibus interpretibus fideicommit-  
tens mentem exposuerit, distinguere debeamus.

*Tantum.*



VD18

**ULB Halle**  
007 208 200

3





B.I.G.

Farbkarte #13



11577

No: 040

1770, 13.

DISSERTATIO PRIOR  
AD SAXON. DECISION. XI.  
DE ANNO 1746.

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
CONSENSV  
P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO BAVERO  
INSTITVTT. ANTECESS. P. O. RELL.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XV. SEPTBR. A. C. CICICCLXX.

P V B L I C E T V E B I T V R

G E O R G I V S R A E M I S C H  
W V I S C H K A - L V S A T.

---

L I P S I A E  
EX OFFICINA LANGENHEMIA